



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1625**

Circa tertium Præceptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39652**

3.  
Perjurium.

Votum.

I.  
Festa,2.  
Sacrum  
Missa.

Sacerdos.

3.  
Decor Ec-  
clesiae.4.  
Oratio.  
Sacramen-  
ta.5.  
Ecclesia.  
Concio.

TERTIÒ peccat, qui iuramentum, aut votum frangit, quod fecit; aut sine causa differt implere; aut sine rationabili causa dispensationem petit; aut de voto aut iuramento prudenter factò dolet; aut in eo seruando est negligens. Necesse est autem expressam facere mentionem votorum, & iuramentorum, quæ Religiosorum statui, aut Iudicium officio sunt annexa, ut cum iurant se sernatuos, aut operam datus, ut leges aliquæ & pragmaticæ seruentur; aut se non manifestatus suarum consultationum fecre-  
ta, & alia similia.

*Circumtertium preceptum.*

**P**RIMVM peccatur, si quis violet dies festos, exercendo opus aliquod seruile prohibitum, aut iubendo fieri, aut non impediendo eos, qui ipsius curæ sunt commissi & si ipsos dies precipue solemniores, loco piorum operum expendat in actionibus prauis, quæ Deum offendunt.

DEINDE, si absque rationabili causa totum Sacrum Missæ, aut notabile eius partem ipsis diebus festis audire prætermittat, aut si præsens est, voluntarie distrahatur, aut exigua adhibeat externam reuerentiam, aut garrit, aut quidaliud, quod tales locum dedebeat in aliorum detrimetum faciat: & similiter si causa sit, cur alij sacro ipsi non intersint, aut eidem non attendant. Grauius tamen peccabit Sacerdos, qui in his fuerit negligens: & si sacram ipsum cum exigua attentione, reuerentia, ac decentia, festinanter faciat, aut non benè verba proferat, aut diu sacram facere omittat, quod vitam ducat laxiorem.

AD HOC ipsum mandatum referri possunt omnes irreuerentiæ & indecentiæ, quæ fiunt in locu[m] sacrū, & ipsa diuina officia, ut si violetur ipsa Ecclesia, si non seruetur eius immunitas: si, quæ in ea fieri prohibita sunt, fiunt: ut si tempore interdicti fiunt, quæ fieri prohibentur, si quis excommunicatus aut suspensus illis intersit, aut Ecclesia censuras contemnat; aut Sanctorum reliquias, imagines, & alia sacra ornamenta contemptim tractet.

QVARTE peccat, qui diuinū officiū, aliasve orationes, ad quas tenetur, non orat; aut si sponte & volens in eis distrahatur; aut verba transiliat; aut similia faciat, quæ attentionem impedian. & similiter, si confessionis & communionis Sacramenta, nō suscipiantur, quando Ecclesia præceptu ad id obligat. & vniuersim, etiam cum ex præcepto ad hæc præstanta non tenetur peccat, qui ea præstet absq[ue] attentione, integritate, & reuerentia ipsis debita.

DENIQUE peccat, qui præscripta ieiunia, & abstinentiam à cibis, præscriptis ab Ecclesia diebus non seruat. & qui ex ignauia, & pigritia, bonoru[m] operum exercitationem intermitit: ut qui concionibus non interest; aut alijs rebus, quas Christiani communiter faciunt, ipse se subtrahit.

Circa